



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.9. Felix Urgellitanus Romæ damnatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.  
A. C. 799.

vatori dedicata erat, & plura Oratoria S. Virginis, S. Michaelis, S. Joannis Baptistæ adjuncta. S. Eulaliæ quoque Reliquiæ ibi asservabantur. Rex Alphon- sus tempore Regni sui, quod in annos quinquaginta productum, plures alias Ec- clesias, unam in honorem S. Tyrſi prope Palatium suum, aliam S. Leocadiæ, & aliam S. Juliani, extruxit.

## §. IX.

*Felix Urgellitanus Romæ damnatus.*

*Sup. Lib.*  
*XLIV. §. 53*

Cum Felix Urgellitanus, non obstante, quod hæresim suam Romæ coram Hadriano Papa ejurasset, esset relapsus, & liber ejus contra Alcuinum editus toti Ecclesiæ scandalum pareret, promo- vente Rege Carolo Romæ Concilium ad damnandum hunc librum convocatum est. Adfuere Episcopi quinquaginta se- ptem cum Papa, qui Concilio præerat, in Ecclesia S. Petri anno 799. a Regno Caroli trigesimo secundo congregati. Superfunt tria fragmenta trium Actio- num hujus Concilii, atque in secunda Leo Papa de Felice loquitur in hunc modum:

*to. 7. p. 1150. Is in Synodo Ratisbonensi jubente Rege Carolo celebrata confessus est, se pessime docuisse, quod JESUS CHRISTUS sit Filius Dei adoptivus secundum Carnem, & dato chirographo hanc doctrinam anathema- tizavit. Exinde ad Antecessorem no- strum*

*Elip. Conf.*  
*Fid. to. 7.*  
*Conc. p. 1858*

*to. 7. p. 1150.*



*strum Hadrianum a Rege missus, in custo-* Sæcul. VIII.  
A.C. 799.  
*dia banc professionem Fidei Catholica*  
*scripsit, eam super Divina Mystera in*  
*Palatio nostro Patriarchali, & deinde su-*  
*per Corpus S. Petri deposuit, juramento*  
*affirmans, se ita credere. Sed postea ad*  
*paganos profugus juramentum violavit.*  
 Nempe in Hispaniam ad Musulmannos  
 redierat. Tum Papa profequitur: *Ne*  
*quidem Concilium præsentè Rege Carolo*  
*celebratum, in quo damnatur, reveritus*  
*est.* Nempe Concilium Francofordien-  
 se. In tertia Actione Papa in Felicem,  
 nisi Hæresim abjiciat, excommunicatio-  
 nem pronunciat.

§. X.

*Vis contra Leonem Papam adhibita.*

**H**aud longo post hoc Concilium elapso Anast. to. 7.  
Conc. p. 1079  
 temporis spatio, in Festo S. Georgii  
 vigesima tertia Aprilis, anno septingen-  
 tesimo nonagesimo nono, in Ecclesia il-  
 lius Sancti denunciata Litania majore, Ann. Egin.  
799. Loisel.  
an. 799.  
v. Coint. an.  
799. n. 21.  
&c.  
Theoph. an. 7  
 scilicet, solemnè supplicatione, quam post  
 biduum in Festo S. Marci vigesima quin-  
 ta Aprilis inchoari, & in Ecclesia S. Lau-  
 rentii Lucinæ, ubi Missa celebranda erat,  
 terminari oportebat, cum Leo Papa equo  
 vectus hujus Cæremonia causa ex Pala-  
 tio Patriarchali exiret, occurrit ei Pascha-  
 lis Primicerius sine Planeta, quamvis illa  
 uti hoc die decuisset. Veniam petiit  
 Pascha-